

bere, vt in frigidis affectibus aromatici ros. dia-galanga, diamoschum. In calidis, diatriasandalon, diathodon Abbatis. Denique in prostratione virium summa, iulepus confortans gratissimus & utilissimus sic à nobis paratur:

*24. Iulepi ros. 3 j. S.  
aq.cinnamom. 3 S. misce.*

Si acidiusculum expetat, syrup. de acetositate ci-tri 3 j. addi poterit, ita tamen, vt aq. cinnamomi dosis augeatur ad 3 j. quo iulepo quotiescumque licebit vii.

Tandem præcipuus iuleporum usus & communis est ad corrigendam intemperiem quam-cunque, sitim sedendam, bilis ardorem extin-gendum, humoris malignitatem edomandam. Ad humorum enim præparationem cum paucioribus constent, minus efficaces sunt syrupis & apozematibus, quibus tamen multo sunt iucun-diores & suauiores.

*De apozematis siue decoctis.*

C A P. XXI.

**A**πόζημα quasi feruefactum, vel αφίψιμα, à Diocoride & Galen. appellatum, Latinis decoctum dicitur: quibusdam syrupus magistralis, cum à syrupo sola coctione differat:

Est medicamentum constans ex pluribus simplicibus in aliquo liquore ad media vel tertiae partis assumptionem

G 4 coctis